



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 54. Ferretanus Comitatus ab Helvetiis occupatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

aggre-
emere
adver-
er ur-
atore
Castel-
Iuros.
inime
ac i-
cipere
deli-
m
cum
arti-
, at-
rant.
istat,
parti
n au-
annis
nper
Re-
lujus
ede-
opu-
com-
Rex
Hel-

Helvetiis exposuit, se Sigismundo pristi- Sæcul. XV.
nam Ferretani Comitatus possessionem A.C. 1475.
asserturum. Hi Regis consilium sibi gra-
tum ratumque haberi respondebant, ea
tamen lege, ut Sigismundus recuperato
Comitatu illis perpetuam, liberamque fa-
cilitatem concedat, ut per quatuor ejus-
dem Comitatus civitates, quandocunque
ipsis vel armatis vel inernibus placuerit,
transire valerent. Evidem Austriae Dux
huic conditioni acquiescere renuebat,
nihilominus se totum Ludovici XI. Regis
arbitrio commisit, ejusque hortatu ean-
dem tandem acceptavit.

§. LIV.

Ferretanus Comitatus ab Helvetiis occupatus.

Helvetii ad recuperandum Comitatum
tanta celeritate animum adjiciebant,
ut intra unius noctis angustias parata
haberent omnia; hinc cum inopinatus
esset eorum adventus, & nemo propemo-
dum obsisteret, brevi Comitatum in suam
potestatem redegerunt, ipso Gubernatore,
quem Burgundus præfecerat, capto u-
nacum octingentis præsidiariis militibus,
quos tamen Helvetii nullo ab eis exacto
redemptionis pretio paulopost liberos di-
mittebant: Gubernatorem autem capite
plectebant, ut hostiles incursiones, quibus

Kk 5 olim

Sæcul. XV. olim eorum terras depopulabatur, u.
A.C. 1475. cicerentur. Inde cum exercitu suo Bur-

gundiæ Comitatum invadunt, & Bla-
montium atque Hericuriam urbes occu-
pant, necnon fuso fugatoque milite pro-
vinciali, hostium more agros foede de-
vastant. Præterea Ludovicus, indu-
ciis Franciam inter & Burgundiæ Ducem
exeuntibus, cum altera exercitus sui
parte in Burgundiam movit, ipsumque
Russinii Comitem hujus Provinciæ Gu-
bernatorem Connestabilis S. Pauli filium
haud procul a Grajo urbe profligavit, ca-
ptumque abstraxit. Reliqua Galici ex-
ercitus pars Tronquejam, Montem - des-
derii, Raugam & Corbejam urbes pro-
spero Marte expugnavit, & usque ad A-
trebatensis civitatis mænia penetravit,
ibidemque omnes equestres copias in-
cautius urbe erumpentes, ac longius ab-
reptas cepit. Commissum est hoc præ-
lium die vigesima Junii, cujus victoriae
magna pars Combrondio, Viro rei milita-
ris scientia præstantissimo debebatur.

§. LV.

*Novesii obsidio a Burgundo
soluta.*

Interea Burgundiæ Dux Novesium con-
tinuo obsidebat, certa spe concepta, il-
lius ditionem jamjam proximam esse,
eoquod

Rouffy

Tronquoy